

dare promiserint, tu vel iudex et notarius recipere vel extor-
 quere aliquatenus presumatis. et si contingat aliquando de
 sentenciis per te latis in causis haberi coram te instrumenta
 peti et confici, pro subscriptionibus formam a petentibus instru-
 menta ipsa tu, iudex et notarius pro scribendo instrumentis
 ipso illud tantum recipiatis, quod per sacramum imperia-
 um constitutionum seriem est taxatum, et alias lucris
 turpibus, ex quibus officiales ea captantes efficiuntur
 infames, et ab illicitis numeritis, que plerumque per-
 vertunt homines et eos faciunt a veritatis tramite deviare,
 manus mundas et liberas haberi, scituri, quod si reus
 in premiis vos gesseritis, aliud forte vel ultra quod ~~per-~~
 permititur, ut est dictum, recipere presumendo, totum
 id, quod per vos receptum vel exactum extiterit, propter
 penam periurii, ad quam ~~per~~ subacebitis, fixo in
 quadruplo componetis.

— propterea

[S.] item cures attente, quod omnem pecuniam et
 res alias, ad te pro parte curie ~~pro~~venturas, tam ex predi-
 cis compositionibus, quam generibus subventionibus et
 aliis proventibus, undecumque auctoritate compensionis
 et diversorum mandatorum tibi proinde mittendorum
 ad te pro parte curie proventuris, in quaternis introitus
 tui in numero quantitate et qualitate, quibus fuerint,
 debeas annotare, nichil propterea ex eis ad opus vestrum in
 fraudem curie subtrahere presumendo; de quibus, quid
 contra presentis edicti seriem subtrahere temeraria pre-
 sumptione temptaveris, preter periurii penam, tibi ~~per~~ ~~per~~
 infligendam, totum id, quod inde subtraxeris, curie compo-

— propterea